

qui humanis non est conspiciendus oculis, non arte  
comprehendendus. Hunc solum si abnegare jubear,  
non parebo: moriar potius; ne mendax & ingratus  
deprehendar.

V. Committens aliquid contra con-  
scientiam, sive rectam eam, sive erroneam;  
peccat.

---

**Q**ui sua committit peraratis semina sulcis,  
Hunc justo recreat tempore larga seges,  
Et tibi, qui jam nunc sacris operaris in agris,  
MALSI, lux veniens fœnora certa dabit.  
Quò pejora premunt terras discrimina, tanto  
Munia majori sunt peragenda fide.

Johan. Major.D.

---

**Q**uicquid Cimmeriis latuit tot secla tenebris,  
lectoribus non pervium scrutantibus;  
hoc, ductus NOSTRI dextrâ solerte DILHERRI,  
haud difficulter erutum Tu publicas.  
Fœda TERAPHINI vulgas mysteria cultus,  
Et monstrasi complura sunt Gentilium.  
Berge, bono Ductore tuo, sublimius ire;  
ut consequaris alta Fama culmina;

&c